PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 158r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ammonet propheta uniuersitatem · dnm exultando laudare ⁊

IUBILATE dno omnis terra · seruite dno in letitia ⁊

Introite in conspectu eius · in exultatione ⁊

Scitote quoniam dns ipse est ds · ipse fecit nos & non ipsi nos ⁊

Populus eius & oues pascue eius · introite portas eius in confessione · atria eius in ymnis confitemini illi ⁊

Laudate nomen ei quoniam suauis dns · in eternum misericordia eius · & usque in genera

Iubilatio est enim · magno mentis gaudio commoueri ⁊ et subiocunditate animi · dno famulari ⁊ omnis terra · non ad tellurē est referendum · sed allegorice ad homines constat intellegi ista laetitia ⁊ utiq· caritas est de qua apostolus dicit ⁊ non inflatur · non agit perperam ⁊

Scitote · dicit intellegite · o iudaei quod iste dns quem di filium minime credidistis · ipse est ds qui caelum fecit et terram ⁊ qui nos quoque ad suam imaginem plasmauit · non solum corporaliter · sed in nouum hominem recreauit ⁊ et hoc non nostro merito · sed a suo dono ⁊

Reddit causam · quare praedicandum est nomen xpi · idest quoniam suauis est ⁊ suauitas enim ista · nescit habere fastidium ⁊ in aeternum · quia cum semel praestiterit futura bona · semper ab ipso seruantur in lesa ⁊ seculum scti ⁊ et istud sigt qd nunc agit · et illud quod credimus ee uenturum ⁊

Introite · idest non iocis turpibus dissoluimini · sed omnia quae facitis · in gloriam di facite ⁊ in exultione · hoc est ut gaudia tunc sumatis humilitatis · quando superbis hominibus probatur esse terribilis ⁊

Uenit ad populum fidelem · per comparationes pulcherrimas · ostendens quid sint oues · idest simplices ⁊ et ipse earum pastor est uerus ⁊ Pascuae diuinarum scripturarum · dulcis epulatio ⁊ Portae dni sunt · humilis paenitentia · baptismum sacrum · et caritas sca ⁊ Atria eius · et hic sub audias · intrate ⁊ significat prophetas et euangelistas · et quicumque docuerunt ⁊